

The *Manipulus/Scotichronicon* Project  
(<http://web.wlu.ca/history/cnighman/Scotichronicon/index.html>)

Coniugium m

...notanda sunt verba Hugonis de Sancti Victore in quodam libello quem scripsit ad quendam suam familiarem nubere volentem, ita dicens:

Non est uxor ducenda sapienti, primo quia studia philosophiae impedit, nec potest quisquam libris et uxori inservire. Multa sunt quae matrimoniorum usibus necessaria, videlicet preciose vestes, aurum, gemmae, sumptus, ancille, suppellex varia,

deinde per totas noctes garrule questiones. Illa ornacior procedit in publicum; hec honoratur ab omnibus: 'Ego in conventu feminarum misera despicior. Vicinam aspiciebas? Quid cum ancilla loquebaris? De foro veniens, quid michi attulisti?'

Alterius amorem suum suspicatur odium.

*Scotichronicon*, 14.33 (Watt ed., vol.7. p.356, ll.56-63).

[*De nuptiis* is correctly identified as the source, but the authorship is misattributed to Hugh of St. Victor: p.502, n.64-80]

Non est uxor ducenda sapienti, primum quia studia philosophiae impedit, nec posse quemquam libris et uxori pariter inservire. Multa sunt quae matronarum usibus necessaria sunt, videlicet preciose vestes, aurum, gemmae, sumptus, ancille, suppellex varia.

Deinde per totas noctes garrule questiones. Illa ornacior procedit in publicum; hec honoratur ab omnibus, ego in conventu feminarum misera despicior. Cur aspiciebas vicinam? Quid cum ancilla loquebaris? De foro veniens quid attulisti? Non amicum habere possumus, non sodalem; alterius amorem suum suspicatur odium.

Hugo de sancto Victore in libello ad sociam volentem nubere.

*Manipulus florum*, Coniugium m

Non est igitur uxor ducenda sapienti. Primum enim studia philosophiae impedit, nec posse quemquam libris et uxori pariter inservire. Multa sunt, quae matronarum usibus necessaria sunt: pretiosae vestes, aurum, gemmae, sumptus, ancillae, suppellex varia, lecticae; deinde per totas noctes querulae conquestiones; illa ornacior procedit in publicum, haec honoratur ab omnibus, ego in conventu feminarum misella despicior. Cur aspiciebas vicinam? Quid cum ancilla loquebaris? De toto (sic) veniens quid attulisti? Non amicum habere possumus, non sodalem; alterius amorem uxor sui odium suspicatur.

Hugo de Folieto, *De nuptiis*, 1.1 (PL 176, col.1203A-B).

Non est ergo uxor ducenda sapienti. Primum enim impeditur studia Philosophiae; nec posse quemquam libris et uxori pariter inservire. Multa esse quae matronarum usibus necessaria sint, pretiosae vestes, aurum, gemmae, sumptus, ancillae, suppellex varia, lecticae et esseda deaurata. Deinde per noctes totas garrulae conquestiones; Illa ornacior procedit in publicum; haec honoratur ab omnibus, ego in conventu feminarum misella despicior. Cur aspiciebas vicinam? quid cum ancillula loquebaris? de foro veniens quid attulisti? Non amicum habere possumus, non sodalem. Alterius amorem, suum odium suspicatur.

Hieronymus Stridonensis, *Adversus Iovinianum*, 1.47 (PL 23, col.276C-277A).